



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmmae Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...**

**Guilelmus <Peraldus>**

**Lvgdvni, 1585**

De errore qui ponit omnes animas simul fuisse creatas. Cap. XV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46132)

tia propter omnipotētiā, neq; ignorātia propter omniū sciētiā, neq; malitia propter bonitatē summā: ergo si anima est de diuina substātia, nec violētia, nec ignorantia, nec malitia in ea locū habebit. Præterea si esset de diuina substātia, nō esset creatura. Nam creatura est de nihilo: esse verò de nihilo, & esse de Deo opposita sunt maxima disparatione. Itē si animę sunt de diuina substātia, quomodo differūt à filio Dei, qui similiter est de diuina substātia? Itē cū omne totū maius sit sua parte, si animę partes sunt diuinę substātię, cū animę mittūtur ad corpora, diminitur diuina substātia: ergo & diuina potētia. Potētia enim sequitur substātiā, aut est ipsa substātia: ergo Deus nō remanet omnipotens. Itē si diuina substātia habet partes, aut omnipotentia ita est totius, vt etiā partiū, aut ita totius, q̄ nō partiū. Si primo modo: ergo animę quę sunt partes ipsius habēt omnipotentiam. Si secūdo modo, ergo nō remanet omnipotētia in Deo tot partib⁹ ei detractis quot sunt animę: nō enim remanet totū, vbi tot partes detrahūtur. Itē si diuina substātia habet partes, aut omnes partes sunt eiusdē naturę, aut nō: si sunt eiusdē naturę, & omnipotētia est vnius partis, erit etiā & omniū aliarū. Si verò diuersarū, qui illas diuersas naturas coniunxit, ille potius De⁹ erit. Itē si animę sunt partes diuinę substātię, nō habuerūt initiū: ergo nō sūt factę, cui⁹ cōtrariū dicitur Luc. 11. Quod intus est vestrū, plenū est rapina, & iniquitate, & subditur: Stulti, nōne qui fecit q̄ de foris est etiā id q̄ deintus est fecit: Id quod deintus est plenū iniquitate, nō potest intelligi nisi de anima.

*D. Error: qui ponit omnes animas simul fuisse creatas.* CAP. XV.

**E**Rror ille qui dixit omnes animas simul fuisse creatas, sequitur. Contra quē errorē sic potest obiici: Cōstat q̄ habebāt animę potētiā cognoscēdi & volendi antequā corporibus infunderētur. Si omnes à principio creatę sunt: ergo cū nō haberēt eas otiose, merebātur vel demerebantur. Si merebātur, demerūt in bonitate cōfirmari, sicut & Angeli. Si demerebantur, obstinatę sunt factę, sicut Angeli qui peccauerūt: & peccatum earū fuit irremissibile, sicut & Angelorū malorum. Itē si habuerunt potētiā cognoscēdi & volendi cū cognoscerent carnem corruptā cui vniebantur: aut voluntariē vniebātur, & tunc erit in eis peccatū actuale: aut inuoluntariē, & tunc iniuste cum eis agebatur, cū corpori maculanti ea vniebātur. Ad hunc errorem destruendum pro magna parte aptari possunt authoritates & rationes quę positę sunt ad destruendum errorem illum qui ponit Angelos apostatas esse in corporibus humanis.

*D.*